Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ysa

facte pleuter declinate de semita auferte offendicula de via ppli
mei qr hr dicit excelsus et sublimis habitans eternitate et nomen
sanctu eius in monte sancto habitat et cu contto et humili spiritu ut
vivificet spiritu humiliu et vivificet cor contritorum Nonne eu in sempi
ternu litigabo nec usq; in finem irascar qr spiritus a facie mea egredietur
et flatus ego feci ppter iniquitate auaritie eius percussi eu et
pressi eu abscondi et indignatus sum et abiit vagus in via cordis
sui Vidi vias eius et dimisi eu et reduxi eu et reddidi consolationes
ipsi et lugentibus eius cauni fructu labiorum Pace pace ei qui
longe est et qui ppe dicit dnus et sanabo eu Impii autem qui mare
ferues quod quiescere non pot et redundant fluctus eius in coeno
et luto Non est pax dixit dnus deus

LVIII

Clama ne cesses quasi tuba exalta voce tua et annuntia pplo
meo scelera eorum et domui iacob peccata eorum Me enim de
die in die qurunt et scire vias meas volunt qui gens que iustitiam
fecerit et judicium dei sui non dereliquerit Rogant me judicia iusti
tie et appropiare deo volunt Quare jejunavimus et non aspexisti
humiliavimus animas nras et nescisti Ecce in die jejunii vestri inuenitis
voluntas vestra et omnes debitores vestros repetitis Ecce ad lites et
contentiones jejunatis et percutitis pugno impie Nolite jejuna
re usq; ad hanc diem ut audiat in excelso clamor vestr Nunquid
tale est jejunium quod elegi per die affligere animam suam Nunquid con
torquere qui circulum caput suum et cinere sternere Nunquid
istud vocabis jejunium et diem acceptabile dno Nonne hr est
magis jejunium quod elegi Dissolue colligationes impietatis solue
fasciculos deprimentes Dimitte eos qui confracti sunt liberos et oe
omnis disrumpe Frange esurienti panem tuum et egenos vagosq;
induc in domum tuam Cum videris nudum operi eum et carnem tuam ne
despexeris tunc erumpet qui mane lumen tuum et sanitas tua cito
orietur Et antecibit facie tua iustitia tua et gloria dni colliget
te tunc invocabis et dnus exaudiet te Clamabis et dicet ecce
assum Si abstuleris de medio tui catenam et desperis digi
tum extendere et loqui quod non prest Cum effuderis esurienti anim
tuam et animam afflictam repleueris oriet in tenebris lux tua